

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses**

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

33. Apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius, & suspiciens in cœlum ingemuit, & ait illi, Epheta: quod est, adaperire.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39546**

## IN MARCI CAP.7.

33 Apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos  
in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius, &  
suspiciens in cælum ingemuit, & ait illi, Epheta: quod  
est, adaperire.

**Rom. 10.** **V** O D Christus in sanando hoc surdo  
& muto, qui haud dubie incredulum ge-  
nus humanum significabat, qui nec ex  
auditu idem concipere, & corde credere, nec in  
Dei laudem linguam laxare & ore confiteri pote-  
rant, (quorum illud ad iustitiam, hoc ad salutem im-  
primis necessariū esse Apostolus docuit) tot pra-  
ter morem suum ceremonijs, signis, ac symbolis  
vtitur, non quasi ad eum sanandum necessarijs  
medijs (qui solo nutu ac voluntate sanare eū po-  
terat) sed ad aliquid per ea significandum, illis  
vsum fuisse Christum agnoscit nobiscum hocl-  
eo Caluintis. Liberè (inquit) vesus fuit signis externis,  
prout hominum ferebat utilitas; sicut nunc lingue sputum  
aspergens, notare voluit loquendi facultatem à se uno trans-  
fundit; digitum in auriculas mittens, docuit proprium esse  
suum munus surdas aures quasi perforare. Quod suscepit in  
cælum atque ingemuit, signum fuit vehementis affectus. Ita  
hæc omnia ad significationem quandam adhibi-  
ta fuisse recte adnotat. Iam verò quin in baptis-  
mi sacramento, quo initiatur Deo quilibet Chri-  
stianus, ex surdo ac muto fidem fideisque confes-  
sionem Dei beneficio accipiens, verè adaperitur  
omnis baptizatus, ut tam audire ac credere, quam  
quod credit ore & opere confiteri valeat, Ecclesia  
Christi Catholica iam à multis seculis (vt patet  
ex

ex S. Ambrosio) has ipsas Christi ceremonias ac signa ad tanti beneficij maiorem expressionem, siue in adultis siue in paruulis baptizandis adhibere voluit. Displacet caluitio Caluiniano hæc Ecclesiastica in baptismo ceremonia; & pro sua in Ecclesiam Christi autoritate magistrali, sic il- lam obiurgat. Inter alias nugas quibus baptismum inqui- narunt stulti homines, hic quoque histrio nicus lusus agitur.

Quo exemplo monemur, nullum esse licentie modum vbi ho- mines in Dei mysterijs pro suo arbitrio lasciuiunt. Cui re- spondeo: Inter alias Ecclesiasticas ceremonias quibus visibilibus signis (ait S. Dionysius Areopagita Eccles. D. Pauli discipulus) diuinissimi Principes nostri, Apo- stoli & Apostolic viri, Sacra menta texerunt, & sub huma- nis imaginibus res diuinas tradiderunt, & in materiali figura spirituale maiestatem representarunt, hanc quoque ceremoniam ad Christi Saluatoris in re non absi- mili imitationem usurpatam histrio Caluinus irri- det. Quo exemplo monemur, nullum esse licen- tiae modum, vbi arrogantes haereticis in Dei my- sterijs pro suo arbitrio irridendis improbe & pe- tulanter lasciuiunt.

## IN MARCI CAP. 10.

21. Et intuitus eum Iesus, dilexit eum.

**C**ALVINVS hicalio longè oculo intui- tus Catholicos, quam hunc adolescentē diuitem Dominus intuebatur, calumnia- tur & rixatur in eos. Nā Dominus eum intuitus ytcumque superbū & hypocritā (sicuti Calui- nus vult) certe auarum adhuc, & diuitiarū amore captum, dilexit tamen, veluti discendi ac profi- ciendi cupidum; sicuti apud Machēū explicatum

Gg à no-